VIRES.

Confert inflammationibus, ambuſtis, podagræque calidæ applicatum, etiam mammilis affectis, & ſimilibus. Appellatur etiam Vnguentum, Seu Butyrum Saturni.

BALSAMVM APOPLECTICVM AVGVSTANÆ.

℞. Olei nuciſtæ expreſsi ʒj. roris marini gr. vj. ſuccini gr. iv. zibethi optimi ℈ß. moſchi orient. & Ambræ griſſeæ gr. ix. granorum ſtyracis ſelectæ gr. xx. ol. nucis moſchatæ leni calore emolliatur, cui grana ſtyracis, tum ambram cum oleis diſtillatis tritam, zibethum, & moſchum cum ſp. roſarum particula diluto commiſce, vt fiat Balſamum.

VIRES.

Cephalicum eſt, & præcipuè, vt nomen indicat Apoplecticum.

BALSAMVM APOPLECTICVM MYNSICHT.

℞. Oleor. nucis moſchatæ expr. ℥j. ſuccini albi rectificati ʒiß. roſarum veri, & cinnamomi ana ℈j. lavendulæ, & maioranæ ana gr. xv. aſæ dulcis, & rutæ ana ℈ß. caryophyllor. & citri ana gr. iv. miſce, & adde ambræ griſſeæ ʒiß. zibethi non falſi ℈iv. moſchi ʒj. fiat Balſamum.

VIRES.

In tota Republica Medica vix invenitur Balſamum Apoplecticum fama illuſtrius, virtute nobilius, honore dignius, auxilio promptius, & odore fragrantius, quàm hoc præſens. Narium enim extremitatibus ſaltem, necnon vertici, atque pulſibus modicè inunctum ſpiritus miraculosè ſuſcitat, atque ſuaviſsimè recreat.

CAPVT XIX.

De Emplaſtris, Ceratis, & Cataplaſmatis.

EMPLASTRVM DIACHYLON MAGNVM Meſues.

℞. Lithargyrij auri tepuiſsimè triti ℔j. ol. irini, anethi, & chamæmeli ana ℥viij. miſce, & teneantur per diem integrum ſæpè movendo, poſtea adde mucilaginis caricarum, vvarum paſſarum, ſeminis lini, fœnugræci, ſucci ireos, & ſcyllæ ana ʒxiiß. coquantur ferè ad emplaſtri conſiſtentiam, continuo agitando, igne lento carbonum, tunc extra ignem adde ichthyocollæ in aqua ſolutæ, & ad vnguenti conſiſtentiam coctæ ʒxiiß. iterum coquantur ad emplaſtri conſiſtentiam, & adde terebinthinæ ℥iij. reſinæ pini, & ceræ flavæ ana ℥ij. diſſolvantur, & iuxta refrigerationem adde œſipi ʒxiiß. fiat emplaſtrum, & formatum in cilyndricos, charta involue, ac ſerva.

VIRES.

Reſolvit, & maturat omnes durities, & inflammationes.

EMPLASTRVM DIACHYLON GVMMATVM.

℞. Bdellij, ſagapeni, opopanacis, & galbani, ana ʒiij. gummi ammoniaci ʒv. in vino diſſolvantur, colentur, & coquantur ad mellis craſsitudinem, & addantur maſſæ Diachylon magni, fiat exacta mixtio, vſuique vt dictum reponatur.

VIRES.

Eadem præſtat, quæ ſuperius, ſed efficacius: magis enim emollit, coquit, digerit, reſolvit, & atrahit.

EMP. DIACHYLON PARVVN MESVES.

℞. Lithargyrij ℔ß. olei veteris clari ℔j. mucilaginis ſem. lini ℥ij. mucilag. pſyllij ℥iv. mucilag. ſem. hyoſcyami ℥iß. & mucilag. Radic. Althææ ℥ij. coquantur ad emplaſtri conſiſtentiam. S. A.

VIRES.

Tumores calidos digerit, & maturat.

EMP. DIACHYLON ALBVM, SEV SIMPLEX Meſues.

℞. Olei veteris clari ℔iv. lithargyrij ſubtiliſsimè pulverati ℔iß. mucilaginum radic. althææ, ſem. lini, & fœnugræci ana ℔j. Lithargyrium, & oleum ſimul ſubigantur per diem ſæpe agitando: hinc coquantur lento igne, ſemper ſpatulâ agitando, donec probè miſta ſint: deinde ab igne depoſita paulatim frigeſcant, poſtea mucilagines affunde, & iterum coque, ſemper agitando, ad iuxtam emplaſtri conſiſtentiam.

VIRES.

Hepatis, lienis, ventriculi, & aliarum partium duros tumores emollit, & humores coquit.

Solet etiam parari hoc emplaſtrum cum additione pulverum radicum iridis, ideſt pro vnaquaque libra emplaſtri iam facti, vncia vna pulverum; & appellatur emplaſtrum Diachylon iriatum, quod magis attrahit, incidit, & reſolvit.

Emp. Diachylon Iriatum.

*** *** *** *** *** ***

EMPLASTRVM ALBVM CICATRIZANS Domini Vidos.

℞. Radicum Althææ ℔iij. ſem. fœnugræci, lini, & folior. maluæ ana ℔ß. fiat mucilago ad ℔ivß. ac detine: hinc ℞. olei communis ℔vj. lithargyrij ℔iij. hæc duo coquantur ad cerati ſpiſsitudinem, tunc adde extra ignem ℔iij. mucilaginis, & coque ad emplaſtri conſiſtentiam; deinde extra ignem adde ℔iß. mucilaginis reſtitantis, coque iterum ad humiditatis exhalationem, & emplaſtri conſiſtentiam. *Vtuntur Chyrurgici ad Cicatrizandum*

EMP DE MVCILAGINIBVS LEMERI.

℞. Mucilagin. ſem. Althææ, ſem. lini, ſem. fœnugræci, & ficuum ana ℥iv. terebinthinæ ℥iij. reſinæ pini, medullæ cruris vituli, aut bovis, & butyri recentis ana ℥ij. ceræ citrinæ ℥xx. coquantur ſimul ad humiditatis conſumptionem, coletur, & formetur in cylindricos.

VIRES.

Emollit, ac reſolvit, imò ſuppurationem tumorum promovet.

EMP. DIACHALCITEOS, SEV DIAPALMA Galeni.

℞. Axungiæ ſuillæ veteris à membranis per liquationem, & colationem purgatæ ℔ij. olei veteris, & Lithargyrij ſubtiliſsimè pulverati ana ℔iij. chalcitidis ad albedinem calcinatę, & ſubtiliſsimè pulveratæ ℥iv. Axungia, oleum, & Lithargyrium miſceantur, & detineantur per 24. horas, ſæpè agitando, quibus tranſactis, coquantur igne lento pru-

prunarum, ſemper agitando cum radicula virenti palmæ, & in eius defectu radicula myrti, ſeu quercus; addendo decocti palmarum ℔j. in defectu palmæ fiat decoctum cum folijs teneris myrti, ſeu quercus, & dum emplaſtri conſiſtentiam acquirat addatur chalcitis, formentur cilyndri, vſuique repone.

VIRES.

Valet ad vlcera antiqua curanda, quorum humiditatem maxima vtilitate abſumit: etiam articulorum morbis, bubonibus, ambuſtis, pernionibus, oſsium fracturis, contuſionibus, omnibus denique affectibus, quos rheumaticos vocant prodeſt: œdemata reſiccat, fontanellis ligandis vnicè deſtinatum eſt remedium, quas minimè ſordeſcere, aut excreſcere permittit.

EMP. GEMINIS, SEV ALBVM COCTVM, vel de Ceruſſa.

℞. Olei roſati, & ceruſſæ ſubtiliter pulveratæ ana ℔ij. coquantur ad emplaſtri conſiſtentiam, & adde ceræ albæ ℥iv. fiat emplaſtrum S. A.

VIRES.

Valet non ſolum ad vitia cutis, & ſuperficiarias exulcerationes ſiccandas, ſed ad vlcera maiora coaleſcenda, inflammationes ſedandas, & intertrigines ſanandas: ambuſtis quoque plurimum prodeſt.

SPARADRAPVS, SEV TELA EMPLASTICA pro fonticulis.

℞. Emp. Diapalmæ, & Diachylonis minoris ana ℔ij. ceræ citrinæ ℔j. olei amygdalarum dulcium ℔ß. Liquefiant ſimul, & immergatur in eis linteum, quod extendatur in lapide, ſeu tabula madefacta, & lævigetur cum piſtilo vitreo madefacto.

ALIO

ALIO MODO PRO FONTICVLIS fœminarum.

℞. Emp. Diachylonis minoris, & Geminis ana ℔ij. ceræ albæ ℔j. olei amygdalarum dulcium ℔ß. liquefiant, & adde ceruſſæ pulveratæ ℔ß. fiat, vt ſuperius.

EMP. REGIVM, SEV DE MINIO VSTO.

Minij ℥xx. Aceti Acerrimi, & Axungiæ ana ℥xvj. olei comm. ℔ij. ceræ flavæ ℥viij. Infundantur Minium, & Acetum ſimul per dies tres, deinde adde oleum, & axungiam, & coque ad nigredinem vſque, cuius color in promptu cum ſtrepitu ſolet contigi, vltimo adde ceram, ſervetur in magdaleones.

VIRES.

Utitur in vlceribus mundificandis, ac cicatrizandis, &c.

EMPLASTRVM TRIAPHARMACVM Galeni.

℞. Lithargyrij ℔j. olei veteris, & aceti acerrimi ana ℔iij. coquantur ſemper agitando ad emplaſtri conſiſtentiam.

VIRES.

Maximè ſiccandi potentia pollet, curatque vlcera, & fiſtulas, exiccat, &c.

EMPLASTRVM NIGRVM DOMINI VIDOS.

℞. Olei roſati ℔j. ceruſſæ, & ceræ flavę ana ℔ß. coquantur ſimul ad nigredinem, emplaſtrique conſiſtentiam. Convenit cum ſuperiori.

Appellatur vulgo *Sanalo todo*.

EM-

EMP. MANVS DEI, SEV MANVS CHRISTI, vel Divinum.

℞. Olei communis, & Lithargyrij ſubtiliter pulverati ana ℔ij. Ceræ citrinæ ℔i. Lapidis magnetis pp. ℥iv. Gummi ammoniaci ℥iij. & ʒiij. galbani ℥iij. opopanacis, myrrhæ, bdelij maſtiches, & viridis æris ana ℥i. thuris, radic. ariſtolochiæ longę ana ℥ij. Lithargyrium, & oleum coquantur ad emplaſtri conſiſtentiam, mox liquefiat in eis cera, & miſceantur in aceto ſoluta, colata, & inſpiſſata, bdelium, opopanacum, & galbanum, miſceantur exactè, & iuxta refrigerationem addantur reliqua in ſubtiliſsimum pollinem redacta, & fiat emp. S. A.

VIRES.

VLcera tùm recentia, tùm antiqua ſanat, nervorum inciſioni prodeſt. Vim habet partes, quibus adhibetur, emolliendi, dolorem ſedandi, humores attrahendi, digerendi, ac reſolvendi.

EMP. GRATIÆ DEI EX NICOLAO.

℞. Reſinæ ℔i. terebinthinæ ℔ß. cerę albæ ℥iv. maſtiches ℥i. verbenæ, betonicæ, pimpinelæ ana M. ij. contuſis, & coctis in vino albo plantis, & reliquis ſimplicibus in illarum decocto colato, & ad ipſius abſumptionem coctis, fiat emplaſtrum.

VIRES.

Laudatur ad vulnera, vlceraque repurganda, & coaleſcenda, & ad partes, quibus adhibetur roborandas.

***

EM:

EMP. APOSTOLICON CHYRVRGICVM Guidonis.

℞. Colophoniæ ℔ij. picis navalis ℔j. galbani, ſagapeni, gummi ammoniaci, opopanacis, thuris, maſtiches, & terebinthinæ ana ℥j. aceti ℔j. ceræ citrinæ ℔ß. Colophonia, & pix navalis liquata, ac gummata aceto diſſoluta, extra ignem permiſceantur, reliqua verò in pollinem redacta addantur, fiatque emp. S. A.

VIRES.

OPtimum eſt ad vlcera antiqua ſananda: hinc ſcirrhis lienis, & aliarum partium confert.

EMP. APOSTOLICON NICOLAI ALEX.

℞. Lithargyrij ℔ß. ceræ citrinæ, colophoniæ ana ℥ij. propoleos, glutinis viſci quercini ana ℥j. gummi ammon. lapidis calaminaris, & thuris ana ʒvj. maſtiches, & mumiæ ana ℥iß. terebinthinæ, galbani, bdellij, myrrhę, æris vſti, ſarcocollæ, ſcamæ ęris, dictamni cretici, ariſtolochiæ, & viridis æris ana ℥j. olei veteris ℔j. Oleum, & Lythargyrium in emplaſtrum coquantur, tunc cera, colophonia, propoleos, glutem viſci quercini, & terebinthina, pro ea colophonia, miſceantur, omniaque diſſolvantur: hinc ammoniacum, galbanum, & bdellium in aceto diſſolvantur, & ad emplaſtri conſiſtentiam coquantur, ſupradictiſque addantur: vltimò reliqua in ſubtiliſsimum pulverem redacta, vt fiat emplaſtrum.

VIRES.

SPicula corpori altùm infixa, & omnia extrahit; ad ſtrumas recentes, fr'

diuturnos abſceſſus, viſcerum tumores, præciſos, & punctos nervos eſt per vtile. Vſurpatur inſuper ad vetuſta vlcera. Articulorum ex influxu dolores ſedat.

EMP. FODICATIONVM PARACELSI.

℞. Ceræ, & Lithargyrij ana ℔i. Calaminaris, & colophoniæ ana ℥iiß. olei communis ℔iß. liqueſcant igne levi cera, colophonia, & oleum ſimul; poſtea lithargyrium, & calaminaris ſubtiliſsimè trita, ſenſim inijciantur, ac coquantur ad emplaſtri conſiſtentiam, incombuſta: poſt modum imponantur gummi hęc opoponacis, ſagapeni, bdellij, ammoniaci, & galbani ana ℥iß. prius tamen in aceto ſoluta, colata, & inſpiſſata; & poſtquam alijs admiſta fuerint, addantur corallij albi, & rubri pp. mumiæ, myrrhæ, thuris, & Antimonij ana ℥ß. croci martis ʒij. His alijs admixtis partem larignæ maſtiches adijce, deinceps infunde. Poſtmodum olei hypericonis, necnon lumbricorum cum additione camphoræ ℥ß. agitato inter manus, & ſerva.

VIRES.

Valet pro omnibus vulneribus capitis, & etiam fodicatis, ac alijs, quæ minimè curare debes, ſed ſolùm relinque medicamento curam: ipſum eſt Medicus, tu verò non.

FODICATIONVM ALIVD EIVSDEM.

... opopanacis, ammoniaci, & bdellij ana ℥ij. ... omnia minutiſsimè, ponantur per 24. ho... fictilem vitreatam affuſo optimo ace... leni igne coquantur, vt gummi li... cepto calida in ſaccum effundan... vt ſeparentur à fœcibus, quæ ... a hæc iterum bulliat in olla tan-

EMP...

℞: Galban...
terantur, ...
ras in ollam
to, poſtmodum
queſcant, quo pe...
ur, & exprimant...

tandiù, donec acetum ſit omninò evaporatum, ſemper tamen agitanda ſunt, ne comburantur. Hoc coopertum ſervetur. Poſtea ſume olei olivarum ℔ij. ceræ novæ ℔ß. quæ in ollam fictilem vitreatam ſuper ignem, & ſenſim liqueſcant. Inijce tandem lithargyrij pulverati ℔iß. paulatim ſemper agitando, quouſque permixta ſint, & fiat materia ſpadicei coloris. Poſtmodum accipe gummi prius cocta ad quantitatem nucis, & eijce qualibet vice tantundem, quouſque intraverint omnia, & permixta ſint, ac colliquata, Tandem adde vtriuſque ariſtolochiæ, calaminaris, myrrhæ, & thuris ana ℥j. tritis terendis, & iniectis affunde olei laurini, & tutię pp. ana ℥i. & vltimo terebinthinæ puræ ℥iv. coquantur agitando ſumma cum diligentia. Depone poſt ab igne, & in magna pelvim aqua plenam effunde, poſtquam infrigidatum fuerit, vt manibus illud tractare valeas, iſtis oleo chamæmeli, vel roſato perunctis malaxa tribus, aut quatuor horis, & ad vſum ſerva. Durat ad annos L.

VIRES.

Iſtius emplaſtri virtutes innumeræ ſunt, & mirandæ ad vlcera vetera, necnon recentia. Siccat, mundificat, carnem bonam producit, conſolidat, ac ſanat vna ſeptimana magis, quam aliud integro menſe: putreſieri non permittit, aut corrumpi, nec malam carnem excreſcere: nervis reciſis, aut contuſis optimum eſt remedium, ferrum, plumbum, & alia ex vulneribus extrahit, venenoſorum animalium morſus curat, cuncta apoſtemata matureſcere facit, contra cancrum, fiſtulam, ignem perſicum, &c. excelentiſsimum eſt, & ad omnes dolores mitigandos.

EMP. BENEDICTVM MVSITANI.

℞. Olei communis ℔iij. radicum Arundinis ℥ij. Althææ ℥iß. Liliorum Cœleſtium ℥iij. Dum oleum ebullire in-

incipit, affunde radices mundatas, & in taleolas ſubtiliter inciſſas. Coque ad nigredinem vſque, quas aufer, & pedetentim inijce ceruſſæ ℥iij. tutię pp. ℥iß. ceræ citrinæ ℥iij. ſemper agitando ſpatula. Coque ad nigredinem vſque, & emplaſtri conſiſtentiam, tandem adde balſami peruviani nigri ʒij aufert ab igne, & ſerva.

VIRES.

Credibile non eſt quantum hoc emplaſtrum ad maturanda, rumpenda, & ſananda valeat omnium apoſtematum genera, tam calida, quam frigida, imò tophos podagricos matureſcere facit, & ſanat. In ſtrumis perſanandis eſt veluti Dei benedictio. In vlceribus vtere, & admiraberis effectum. In mammarum apoſtematibus non habet par, & ita verbis eſt experientia maior, vt æger ſui ipſius ſit Chyrurgus.

EMP. STICTICVM CROLLII.

℞. Minij, & lapidis calaminaris ana ℔ß, lithargyrij auri, & argenti ana ℥iij. olei lini, & olivarum ana ℔iß. ol. laurini ℔ß. ceræ, colophoniæ ana ℔i. vernicis, terebinthinæ ana ℔ß. gummi opopanacis, galbani, ſagapeni, ammoniaci, & bdellij ana ℥iij. ſuccini citrini, olibani, myrrhæ alexand. aloes hepaticæ, ariſtolochiæ longæ, & rotundæ ana ℥j. mumiæ tranſmarinæ, magnetis, & hæmatitis ana ℥iß. Corollij albi, & rubri, matris perlarum, ſanguinis draconis, terræ medicatę ſtringenſis, & vitrioli albi ana ℥j. florum antimonij, & croci martis ana ℥ij. Camphoræ ℥j. ſolvantur primo gummata, & depurentur, ſolvendo in aceto, exprimendo, & rurſus inſpiſſando. Secundo oleo lini, & olivarum admiſceatur vtrunque lithargyrium, coquendo, & agitando, donec oleum coloretur, poſtea addatur lapis calaminaris, & paulo poſt minium. Coquantur ad ſufficientiam; cuius pro-

ba eſt ſi ſuprà vnguem gutta concreſcat, & condenſetur. Tertio tandem addantur circà finem vernix, oleum laurini, cera, & colophonia; omnibus benè mixtis, & liquefactis affunde ſucceſsivè gummata liquefacta, diligentique agitatione miſce, idque calore lentiſsimo (cave ne bulliat) poſtea admiſce pulveres: vltimo camphora reſoluta in oleo Juniperino addatur: ſi fortè nimis durum eſſet adde adhùc aliquid ceræ, & colophoniæ.

VIRES.

Prodeſt inveteratis vlceribus, & vulneribus recentibus, conſolidando, mundificando, & putredinem arcendo. Matureſcere facit apoſtemata cuncta.

EMP. STICTICVM, SEV PVNCTVRALE Mynſicht.

℞. Terebinthinæ cypræ ℥iv. gummi elemi ℥ij. ceræ citrinæ, & colophoniæ ana ℥j. minij tenuiſsimè triti, ſang. draconis ana ʒvj. ſtyracis calamitæ, & magnetis ana ℥ß. radicis ariſtolochiæ rotundæ, & mumiæ tranſmarinę ana ʒij. aloes hepaticæ, & aluminis vſti ana ʒj. miſce, & cum balſamo vulnerario fiat emplaſtrum.

VIRES.

Vulnera recentia, etiam capitis, ſiccat, mundificat, conſolidat, ſanat, malæque carnis corruptionem, & excreſcentiam impedit. Inſuper ferrum, plumbum, & ſpicula altè infixa de vulneribus extrahit, dolores mitigat, & venenoſorum animalium morſus, ictuſque curat.

⁂ ⁂ ⁂ ⁂ ⁂ ⁂

EMP. SANCTVM EX IOANNE ANDRÆA de la Cruz.

℞. Reſinæ ℔j. olei laurini, & terebinthinæ ana ℥ij. gummi elemi ℥iv. coquantur ad emplaſtri conſiſtentiam, coletur abſque expreſsione, & reponatur ad vſum, pro vlceribus pectoris.

EMPLASTRVM ISIS EX GALENO.

℞. Ceræ ℥xiiß. terebinthinæ pro ea picis gręcæ ℥xxv. ſcamæ æris rubri, æruginis raſæ, ariſtolochiæ rotundæ, thuris, ſalis ammoniaci, gummi ammoniaci, æris vſti, & galbani ana ℥j. aluminis vſti ʒvj. myrrhę, & aloes ana ℥iß. olei veteris ℥ix. aceti acerrimi q. ſ. Cera, pix græca, & oleum liquentur ſimul, colentur, eiſque adde galbanum, & ammoniacum priùs in aceto ſoluta, colata, & inſpiſſata, poſtea reliqua in ſubtiliſſimum pulverem redacta, vt fiat emp. S. A.

VIRES.

Valet ad omne vulnus, ad capitis affectus cum oſsium præciſsione; puncturas nervorum, canumque morſus, fiſtulas recentes ſanat, venenum viperæ, ſcorpionis, & draconis marini trahit: ſtrumas aufert, oculorum fluxiones fronti oppoſitum ſiſtit, putredinem, & vlceribus purgat, &c.

Æris calcinatio. Æs calcinatur faciendo ſtratum ſuper ſtratum cupri laminati, & ſulphuris pulverati in olla, eamque in furno reverberi collocando, dandoque ignem, donec cuprum rubicundiſsimum, & inſtar cinnabaris appareat.

EMP. MAGNETICVM ANG. SALÆ.

℞. Gummi ſagapeni, ammoniaci, & galbani ana ℥iij. te-

terebinthinæ laricis, & ceræ ana ℥ivß. Magnetis arſenicalis ℥iij. terræ vitrioli lotæ ℥j. olei ſuccini ℥ij. Gummata illa tria diſſolve in aceti ſcyllitici ℥xx. poſteà ſolutionem per pannum lini cola, & exprime, quam deinde tandiu bullire cures, donec acetum fuerit conſumptum, excipe pauxillum ſpatula, & in frigida, dum videas ita induruiſſe, ac ſi gummi eſſent: ſerva in loco calido, donec in reſiduo incorporaveris, quo facto accipe ceram, & terebinthinam, fac, vt lento igne in ſe coeant: remota à calore aliquantulùm agitando, donec ad ſpiſsitudinem vnguenti reducantur: deinde adde gummata ſoluta antea, poſteà adiunge magnetem arſenicalem ſubtilitèr pulveratum, terram vitrioli, & oleum ſuccini: poſtremò paſtillos forma, & corio, aut veſica oleo ſcorpionum inuncta involve.

VIRES.

Anthraces peſtilentes maturat, rumpit, & venenum ad ſe rapit, certiſsimum præſidium, ne venenum retrò intra corpus recedat, apertum enim vlcus coire non patitur ante perfectam extractionem omnis venenoſitatis. Item ſcrophulas perſanat, nam illas purificat, & materiam peccantem à longinquioribus partibus atrahit per 5. aut 6. ſeptimanas operans, illaſque conſolidat. Applicatum plagis putridis, & venenoſis intra biduum, aut triduum venenum in cutem educit, & in nigerrimam eſcharam condenſat.

Aliam deſcriptionem adfert idem Angelus Sala: quæ hęc eſt: ℞. Gummi ſagapeni, ammoniaci, & galbani ana ℥iij. terebinthinę coctæ, & ceræ virgineæ ana ℥ivß. magnetis arſenicalis ℥ij. & ʒij. radicis aronis pulverati ℥j.

De hoc emplaſtro Hoffmannus in clave Schrod. de emp. ita ſcribit: Hoc emplaſtrum licet aliàs excellenti, & ſpecifica polleat virtute ad foràs eliciendum venenum, & virus in pus convertendum in vlceribus, aut carbunculis peſtilentialibus, tamen in quartana non ſolum

è regione lienis impoſitum admodùm proficuum expertus fui, verum etiam in illiaca paſsione & prolapſu inteſtinorum in ſcrotum ex hernia; gloriantur plerique Italorum in ſuis lectionibus hunc inmodum: Domini mei hoc notate benè, hoc eſt meum inventum. Poſſum ego cum Deo, & rei veritate gloriari hoc emp contra iliacam paſsionem ex hernia adhibendum, à me priùs eſſe caſu quodam inventum, atque hoc eſt, cuius in tract. de meth. medendi per exempla ab hoc reſtituta mentionem feci, prout, & hactenus etiam in vteri dislocatione non ſine ſalutari effectu deprehendi. Tamen Doleus encycl. chyr. tom. 1. lib. 3. cap. 2. ſic hait: Vt fatear, quod verum eſt, ſæpius id applicari iuſſi hernioſis meis, qui nullum exindè habuerunt levamen, nec ſcio, qua vi attractoria ſuum edere poſſit effectum.

EMP. ABSALON.

℞. Ladani depurati, reſinæ, colophoniæ, olei roſati, ceræ citrinæ, & ſepi hircini ana ℥iv. aceti albi acerrimi ℔ß. coquantur ad aceti conſumptionem: forma globos, eoſque in aceto ſerva.

VIRES.

Maturat, digerit, ſupurat, &c.

EMP. OXYCROCEVM NICOLAI.

℞. Croci, picis navalis, colophoniæ, & ceræ ana ℥iv. terebinthinæ, galbani, ammoniaci, myrrhæ, thuris, maſtiches ana ℥j. & ʒiij. Galbanum, & ammoniacum in aceto diſſolvantur, colentur, inſpiſſentur, cera, colophonia, pix, & pix græca pro terebinthina liquefiant, & cum eis ſoluta optimè miſceantur, & iuxta refrigerationem reliqua ſubtilitèr pulverata addantur, & fiat emplaſtram.

Vi-

VIRES.

AD contuſa oſſium fracturas, & abſceſſuum inveteratorum duritiem emolliendam idoneum, emplaſticum quoque, & gignendo callo habile.

EMP. OXYCROCEVM EX AVGVSTANA.

℞. Ceræ citrinæ, picis græcæ, & colophoniæ ana ℔j. terebinthinæ, gummi ammoniaci, & galbani (iſta duo in aceto ſoluta, & inſpiſſata) croci, mirrhæ, thuris, & maſtiches ana ℥iv. fiat emplaſtum S. A.

EMPASTRVM GALBANI CROCACVM Mynſicht.

℞. Galbani in aceto diſſoluti, & inſpiſſati ℔ß. emp. de Meliloto, & Diachylon. ſimp. ana ℥iij. Ceræ citrinæ ℥ij. terebinthinæ albę ℥i. liquefiant, & iuxta refrigerationem adde croci pulverati ʒvj. fiat emp.

VIRES.

EXpertum eſt ad emolliendos, & reſſolvendos tumores duros, & ſcirrhoſos, necnon ad ſedandos vehementes cuiuſcumque partis dolores: inſuper omnes ſtrumas emollit, lenit, concoquit, digerit, incidit, atque diſſolvit. Præterea in convulſione, & ſingultu vtile eſt.

EMP. GALBANI EIVSDEM.

℞. Galbani in aceto diſſoluti ℥j. picis navalis ℥ß. emp. Diachylonis ſimp. ʒij. Salis ammoniaci ℈j. miſce, & fiat emp.

*** *** ***

VI-

VIRES.

CVm panno ſuper verrucas, & clavos in pedibus dolorem, & impedimentum in inceſſu adſerentes ponatur, tertio, aut quarto die ſemper mutato, & eſt expertum.

GALBANVM COCTVM EIVSDEM.

℞. Galbani in aceto diſſoluti, & ceræ citrinæ ana ℔ß. terebinthinæ albæ ℥iv. miſce, & fiat emp.

VIRES.

MAgnarum, in emolliendo, & reſolvendo eſt virium; adeòque articulorum tophos, nodos, ſcrophulas, ac tumores duros emollit, digerit, reſolvit, eorumque dolores ex influxu frigido ſedat. Verrucas, & clavos pedetentim tollit: Emicraniam loco affecto applicatum emendat, Nervos, ac uterum roborat; morſibus, & ictibus rabidorum animalculorum venenatis medetur.

EMP. SPERMATIS CETI EIVSDEM.

℞. Ceræ albæ ℥iv. ſpermatis ceti ℥ij. Galbani in aceto diſſoluti ℥j. miſce, & fiat emp.

VIRES.

MAmmis Puerperarum poſt partum non lactantium impoſitum, & continuè per multos dies geſtatum, omnibus ex lacte doloribus, & tumoribus etiam duris, imò ſcrophulis, & ſtrumis medetur: lac enim coagulatum, ſive concretum ſolvit, eiuſque abundantiam abſumit.

***

EMPLASTRVM ANODYNVM.

℞. Sepi hircini, olei amygdalarum dulcium, ol. liliorum albor. mucilaginum ſeminis althææ, lini, & Cydoniorum ana ℥ij. medullę vaccinæ ℥i axungiæ gallinæ, & anatis ana ℥ß. ceræ, & emp. Diachylon. minoris ana ℥iv. coquantur muccagina cum oleis, & axungijs ad humiditatis conſumptionem, poſtea miſceantur, & liquefiant reliqua ſemper agitando ad refrigerationem vſque, vſuique ſervetur.

VIRES.

IUncturarum tophos, ac nodos duros mollit, diſſolvit; craſſa, lentaque pulmonis, ac thoracis excrementa ad eiectionem per ſputum magis habilia reddit.

EMP. TACAMAHACÆ PRO DOLORE capitis.

℞. Tacamahacæ ℥j. Carannæ, reſinę, colophoniæ, & ceræ ana ʒij. olei maſtiches ℥ß. thuris ʒj. fiat emplaſtrum pro temporibus.

EMP. MASTICHES EX HYERONIMO DE la Fuente.

℞. Maſtiches electæ ℔j. terebinthine ℥iij. leniter ad ignem diſſolvantur, beneque miſceantur, & ab igne ſemotis fiat emp. quod tepidum in manibus malaxetur, vſque dum album colorem acquirat, & in magdaleones formetur.

VIRES.

STomachum frigidum corroborat, ad digeſtionem iuvat, cibum digerit, & apetitum excitat.

EMP. MASTICHES MAGISTRALE.

℞. Reſinæ puræ, & ceræ albę ana ℔ß. pulveris Maſtiches ℥iv. Balſami albi ℥ij. fiat emp. S. A. Convenit cum ſuperiori.

EMP. CENTAVRII EX GVIDONE.

℞. Mellis centaurij, & ceræ novæ ana ℥iij. terebinthinæ ℔j. reſinæ, thuris, gummi arabici, & maſtiches ana ℥j. lactis mulieris, ſeu capræ ℥ij. cera, reſina, & terebinthina, pro ea colophonia liquefiant, & in eis diſſolvantur mel centaurij, & lac; agitentur, vt optimè vniantur, & iuxta refrigerationem permiſceantur reliqua ſubtilitèr pulverata, vt fiat emp.

VIRES.

Prodeſt capitis vulneribus cum cranij fractura.

EMP. BETONICÆ VIRIDE.

℞. Foliorum Betonicæ, Lauri, plantaginis, apij, & verbenæ ana M. ij. reſinæ, picis græcæ, terebinthinæ, & ceræ flavę ana ℔ij. folia viridia contundantur, & omnia ſimul lento igne ſæpius movendo coquantur donec herbarum humor conſumatur: hinc coletur, & fortitèr exprimatur, in expreſsione ab omni fœce liberata, & ſemi refrigerata permiſceantur pulveris maſtiches, & olibani ana ℥ij. fiat emp.

EMP. BETONICÆ, SIVE DE IANVA.

℞. Succi Betonicæ, plantaginis, & apij ana ℔j. ceræ, picis navalis, reſinæ, & terebinthinę ana ℔ß. in ſuccis non defœcatis coque ceram minutim conciſam, con-

continuo agitando; hinc picem, & reſinam inijciendo, eoque porrò ad humiditatis abſumptionem: demum in colatura diſſolve terebinthinam ſpatula lignea accuratè agitando, vt fiat emplaſtrum S. A.

VIRES.

AD vulnera, & vlcera præcipuè capitis mirificè conferunt, & ad exiccandos varios humores cerebri, cephalæam, cephalalgiam, aliaſque capitis præter naturam affectiones generantes, conducunt. Catarrhos ad partes inferiores defluentes manifeſtè ſiſtunt.

EMP. BACCARVM LAVRI MESVES.

℞. Baccarum Lauri ℥ij. thuris maſculi, maſtiches, & myrrhæ ana ℥j. Cyperi, & Coſti ana ℥ß. pulverentur ſubtilitèr, & cum mellis deſpumati quod ſuficiat, fiat emplaſtrum.

VIRES.

COnfert omnibus doloribus à cauſa frigida, vel flatu ortis. Quod ſi vaccæ, aut capræ ſtercus ſiccum, ad pondus omnium ad iecoris, ad aſcitem, & tympanitem efficax erit.

Auguſtani addunt olei Laurini, terebinthinæ, & ceræ ana ℥ß.

EMP. GVILLERMI SERVITORIS.

℞. Picis navalis ℔iß. colophoniæ, reſinę, & ceræ ana ℥ix. terebinthinæ ℔ß. liquefiant, colentur, eiſque in ſubtiliſsimum pulverem miſceantur: naſturcij, baccarum lauri, ſulphuris vivi, ſem. aniſi, abſynthij, pulegij, croci, maſtiches, thuris, & zingiberis ana ℥iß. caryophyllorum, & cinnamomi ana ℥ß. fiat emplaſtrum.

VI-

VIRES.

Valet dolori contracto ex aliqua contuſione in oſsium fracturis, & dislocationibus.

EMP. DIAPHENICON ALEXANDRI, EX Meſue.

℞. Dactylorum ad maturitatem vicinorum ſine oſsibus ℥v. tortellarum de Sceni, ideſt panis biſcoti ℥j. carnis cythoniorum in vino ſtyptico coctæ ℥iß. ſtyracis, maſtiches, ladani, acaciæ, ſucci agreſtę, florum vvarum agreſtium, roſarum, ſantali citrini, myrrhæ, trochiſcor Rhamich, & Xylo aloes ana ℥ß. cerę ℥v. olei roſati ℥xv. Dactyli in vino ſtyptico coquantur ad mollitiem, eiuſque caro per ſetaceum equinum extrahatur, & miſceatur cum carne cythoniorum, coquanturque lento igne ad vini conſumptionem, quibus miſceantur acacia in vino ſtyptico ſoluta, & ad mellis ſpiſsitudinem cocta, & ſuccus agreſtæ inſpiſſatus: hinc ſolvantur ſimul oleum, ladanum, & cera; miſceanturque axactiſsimè cum ſupradictis, & vltimò reliqua in ſubtiliſsimum pulverem redacta.

VIRES.

Membra nutritionis confortat; valet ad fluxionem ventris, & vomitum; & colicam paſsionem, dyſenteriam, & ad fluxum hepaticum, &c.

EMP. STOMACHICVM EX VALENTINA.

℞. Abſynthij, roſarum, menthæ, corticum citri, aniſi, fœniculi, & zingiberis ana ℥ij. ligni aloes, galangæ, caryophyllorum, ſpicæ nardi, cinnamomi, & ſtyracis calamitæ ana ℥iß. maſtiches ℥i. thuris ℥iv. ladani depurati in vino ℔iv. picis, cerę, & terebinthinæ

ana ℔ij. Styrax piſtetur in mortario calido, & optimè miſceatur cum pauco ladano: reliquum ladanum, pix, cera, & terebinthina, pro ea colophonia, liquefiant, eiſque addatur ſtyrax, reliquaque in ſubtiliſsimum pulverem redacta, vſuique in cilyndricos formatum repone.

VIRES.

Ventriculum infirmum, vna cum hepate roborat, ac horum dolore à frigida cauſa lenit, vomitiones compeſcit, & concoctioni opitulatur.

EMP. PRO MATRICE EX HYERONIMO de la Fuente.

℞. Lapidis magnetis pp. nucis moſchatæ, caryophyllor. macis, cinnamomi, artemiſiæ, & lavendulæ ana ℥ij. ſtyracis liquidi vulgaris, & ſtyracis calamitæ ana ℥iij. ladani depurati, reſinæ pini, & colophoniæ ana ℔j. ceræ citrinæ ℥x. fiat, vt ſupradictum, quod convenit cum eodem.

EMP. MATRICALE MYNSICHT.

℞. Galbani in aceto diſſoluti, & tacamahacę ana ℥j. terebinthinæ albæ, & ceræ citrinę ana ʒvj. aſſæ fœtidæ, myrrhæ rubræ, & caſtorij veri ana ʒiij. magiſterij Iovis, & olei ſuccini citrini ana ʒiß. miſce, & fiat emp. S. A.

VIRES.

Supra omnia emplaſtra vterina excellens eſt: vmbilico enim impoſitum vterum in propriam ſedem reducit.

*** *** ***
*** ***

EMPLASTRVM HYSTERICVM SIDENHAMII.

℞. Galbani in tinctura caſtorij ſoluti, & colati ʒiij. tacamahacæ ʒij. fiat emplaſtrum *pro* vmbilico.

CERATVM CONFORTATIVVM VIGONIS.

℞. Olei myrtini, & roſati omphacini ana ℔ß. ſucci radicis althææ ℔ij. radicis, & folior. fraxini, radicum, & folior. conſolidæ minoris, folior. & baccar. myrti, & folior. ſalicis ana M. j. omnia priùs alinquantulùm contuſa bulliant in vini rubri, & aquæ ana ℔ij. ad conſumptionem medietatis, deinde fortitèr colentur, cuius colaturę addantur ſepi hircini ℔ß. terebinthinæ ℥ij. iterum cum prædictis oleis bulliant ad conſumptionem humiditatis. Poſtmodum colentur, addendo lithargyrij auri, & argenti ana ℥iij. iterum coquantur cum minij ʒx. ad emplaſtri conſiſtentiam baculo ſemper agitando, tunc adde ceræ ℥iv. liquefacta cera adde pulv. boli armenicæ, & terrę ſigillatæ ana ℥ij. agitentur ſemper, & iuxta refrigerationem addę in ſubtiliſsimum pulverem myrrhæ, & thuris ana ℥ß. maſtiches ℥j. fiat emp.

VIRES.

NObiliſsimæ eſt operationis ad reſtaurationem fracturarum oſsium.

CERATVM DE RANIS EIVSDEM.

℞. Olei chamæmeli, anethi, ſpicæ, & lilior. albor. ana ℥ij. de croco ℥j. pinguedinis porcinæ ℔j. pinguedinis vituli ℔ß. euphorbij ʒv. thuris ʒx. olei laurini ℥iß. axungiæ viperinæ ℥iiß. ranar. viventium N. vj. lumbricor. in vino lotor. ℥iiiß. ſucci radicis ebuli, & enulæ ana ℥ij. ſchœnanthi, ſtœchadis, & matricariæ ana M. j. vini odoriferi ℔ij. lithargyrij ℔j. terebinthinæ claræ ℥ij. ceræ flavæ ℔ß. ſtyracis liquidę ℥iß. argenti vivi ſaliva hominis ieiuni extincti ℥iv. Olea pinguedines, ranæ, lumbrici, vinum, ſthœnanthum, ſtœchas, matricaria, & ſucci ſimul lento igne ad humiditatis exhalationem coquantur: colentur fortitèr: colatura cum lithargyrio ad emplaſtri conſiſtentiam coquatur, hinc adde ceram, mox ſtyracem in mortario calido optimè piſtatum, & cum terebinthina ſupra dicta ſolutum, deinde axungiam viperarum, poſtea in ſubtiliſsimum pulverem thus, & euphorbium, vltimòque Mercurium extinctum, vt notatum eſt, vt fiat emp. S. A.

VIRES.

VAlet egregiè in diſsipandis doloribus artuum, homoplatarum, & coxendicum à lue venerea inveterata obortis, partibus robur conciliat, virulentiam luis ſub madoris ſpecie extrahit, & implacabiles dolores conſopit.

Paratur etiam ſine Mercurio, quod doloribus ex frigida cauſa obortis confert.

Paratur etiam duplicando Mercurium, ideſt ſumendo Mercurij ℥viij. & tunc appellatur Emp. Ranarum cum duplicato Mercurio, & operatur maiori cum efficatia. *Emp. de Ranis cum duplicato Mercurio.*

CERATVM OESYPI PHILAGRI.

℞. Croci ʒv. bdellij, maſtiches, ammoniaci, aloes, & ſtyracis liquidi ana ʒvij. ceræ flavæ ℔j. terebinthinę ℥iß. medullæ cruris vaccæ, & adipis anſeris ana ʒxv. œſypi humidę ℔iß. olei nardini q. ſ. Bdellium, ammoniacum, & aloe diſſolvantur in aqua, in qua fœnugręcum, & chamæmelum ſint macerata, colentur, & ad cerati conſiſtentiam coquantur, quibus addatur, ſtyrax, & poſtquam optimè mixta ſint, miſ-

miſceantur cum eis terebinthina, axungia, & cera primò ſimul liquata, deinde œſypus; & vltimò crocus, & maſtiche pulverata, fiat emplaſtrum manibus oleo nardino inunctis.

VIRES.

EMollit, lenit, concoquit, & maturat, duros tumores, ac tophos membrorum digerit, crudoſque abſceſus maturat.

EMP. ALKALICVM, SEV ANTIPODAGRIcum Tachenij.

℞. Olei roſati ℔j. calefiat in patella, & adde ſaponis albi raſi ℥iv. liquefacto ſapone adde ceruſſæ, & minij ana ℥iv. coque lento igne continuo agitando baculo ligneo, donec emplaſtri duriorem conſiſtentiam acquirat; cui demum ab igne remoto, & nonnihil refrigerato, adde ſub continua agitatione camphoræ prius cum ſpir. vini ad pultis formam in mortariolo ſolutę ℥j. & fiat emp.

VIRES.

HOc emplaſtrum ex meris Alkalibus compoſitum mirabilitèr non ſolum acidum podagricum, ſed & apoſtemata cuncta, tumores duros, pedum caſlos, varios dolores, tam nephriticos, quàm alios ex acido vbicumque obortos etiam & febriles promptiſsimè ſopit, refrigerat, & mitigat.

EMP. DIAPHORETICVM MYNSICHT.

℞. Ceræ flavæ ℥xj. colophoniæ, & bdellij ana ℥iv. ſuccini citrini ℥iij. gummi ammoniaci in aceto ſoluti, & terebinthinæ albæ ana ℥ij. galbani in aceto ſoluti, & Sandarachæ Arabum ideſt gummi Juniperi ana ℥j. maſtiches, & thuris electi ana ℥ß. fiat emplaſtrum.

Sandaracha Ara- bum quid.

VI

VIRES.

PItuitam, ac ſeroſam humiditatem abſumit, diſcutit, & extrahit: hinc prodeſt dolori iſchiadico, pedum intumeſcentiæ, parotidibus, & tumoribus gallicis pituitoſis, vbi ſuppurationi incumbere deſideratur. In duritie crurum, & nervorum ſcorbutica, oſsium fracturis, iuncturarum doloribus, luxatione, caſu, & contuſione, humiditates ad partem affectam tendentes conſumit; doloremque legitimè tollit.

EMP. DE MARCASITA EX DONZELLIO.

℞. Gummi ammoniaci, & Marcaſitę pp. ana ℥iij. galbani, opopanacis, & ſagapeni ana ℥j. Diachylonis maioris ℔ß. olei chamæmeli ℥ij. fiat emp. S. A.

VIRES.

REſolvit, & maturat omnes tumores duros, etiam ſcirrhoſos, eventu minimè falaci.

EMPLASTRVM CICVTÆ EX SCHRODERO.

℞. Cicutæ cum toto inciſæ, & pulveratæ ℥ix. ſucci expreſsi eiuſdem ℥iv. olei capparum ℔iß. olei Irini ℔ß. miſce, ac digere in B. M. per dies quatuor, deinde coque: hinc colétur cum forti expreſsione, in ea diſſolve ceræ novæ ℥ivß. gummi ammoniaci in ſucco cicutæ ſoluti ℥iß. miſce fiat emplaſtrum.

VIRES.

LIenem obſtructum aperit, roborat, duritiem emollit, &c, ſed, & ruborem in ducit.

EMP.

EMP. DE CICVTA CVM AMMONIACO Londinenſium.

℞. Succi folior. Cicutæ ℥iv. aceti ſcyllitici, & gummi ammoniaci ana ℥viij. diſſolvantur gummi in ſucco, & aceto poſt devitam infuſionem, dein colentur, & reducantur ad emplaſtri conſiſtentiam S. A. Valet ad prædicta.

EMP. DE CICVTA CVM MANDRAGORA.

℞. Succi Mandragoræ, & Cicutæ, & gummi ammoniaci ana ℥viij. olei irini ℥iv. cerę citrinæ ℥iij. diſſolvatur gummi in ſuccis, dein coletur, & coquatur ad ſuccorum conſumptionem, & cum reliquis fiat emp. S. A.

VIRES.

Commendatur ab Hartmanno, tamquam mirabile ad ſcirrhum, tum hepatis, tum lienis diſſolvendum.

EMP. DE CVCVMERE SYLVESTRI.

℞. Radicis cucumeris aſinini in aqua cocti, contuſi, per ſetaceum traiecti, & parum exiccati ℥iij. gummi ammoniaci in aceto ſoluti ℥ij. galbani eodem modo parati, & ſagapeni ana ℥ß. olei ceræ diſtillati, & capparum ana ℥ij. olei Philoſophorum ℥ij. ceræ flavæ q. ſ. fiat emp. S. A. iuſtæ conſiſtentiæ.

VIRES.

Spleneticum eſt inſigne.

EMP. DE LINAMENTO.

℞. Linamenti minutim inciſsi ℔ß. olei communis ℔ij. ce-

ruſſę ſubtilitèr pulverati ℔j. coquantur ad emplaſtri ſpiſsitudinem, hinc adde ceræ citrinæ ℔ß. & iuxta refrigerationem miſce exactè olibani ſubtilitèr pulverati ℥iv. fiat emp. S. A.

VIRES.

Valet ad vlcera antiqua, & etiam ad fracturas puerorum conſolidandas.

EMP. CONTRA RVPTVRAM DE PELLE Arietina ex Hyeronimo de la Fuente.

℞. Picis navalis ℥v. colophoniæ ℥xvj. ceræ ℥iv. terebenthinæ ℥j. liquefiant, colentur, & detineantur: hinc ℞. Glutinis Pellis Arietis in aqua pluviali, & aceto cocti, diſſoluti, colati, & inſpiſſati ℔ß. glutinis piſcium, ideſt ichthyocollæ, in aceto ſoluti, & inſpiſſati, & viſciquercini ana ℥iß. miſceantur exactiſsimè, & addantur ſupradictis; omniaque optimè miſceantur deinde cum eis miſceantur in aceto priùs ſoluta, & inſpiſſata gummi ammoniaci, opopanacis, bdellij, & galbani ana ℥j. vltimo adde in ſubtiliſsimum pulverem ſanguinis draconis, boli armenæ, gypſi, thuris, ſarcocollę, aloes ſuccotrinæ, mumiæ, ariſtolochiæ, centaurij, vtriuſque conſolidę, ſumach, berberis. nucis cupreſi, gallarum, pſidiæ, ideſt corticum granatorum, & vermium terreſtrium ana ℥ij. lithargyrij, maſtiches, & ſanguinis humani, pro co porcini ana ℥j. fiat emplaſtrum.

VIRES.

Valet ad conſolidandam, & vniendam peritonei rapturam per quam inteſtina delabuntur, obid ad ramicem, ſeu entherocelem valdè confert.

EMP. CONTRA RVPTVRAM MAGISTRALE Eiuſdem.

℞. Maſtiches, thuris, mirrhæ, & ſanguinis draconis ana ℥ß. roſarum, corticum granatorum, myrtillor. balauſtriarum, nucum cupreſi ana ℥j. lapidis hæmatitis pp. boli armen. pp. ana ℥ij, biſtortæ ℥iij. gummi arabici, & tragacanthi ana ʒvj. acaciæ & gallarum ana ℥j. ſubtiliter pulverentur, & miſceantur cum reſinę, & picis græcæ ana ℔iß. ceræ ℔j. prius liquatæ, & colatæ, fiat emp. convenit cum ſuperiori.

EMPLASTRVM CVPRESI.

℞. Foliorum Cupreſi contuſarum ℔j. & ℥iv. ſapæ vini ℥iv. vini ſtyptici ℥viij. bulliant ſimul addendo farinæ tritici ℥j. olibani pulverati ℥ß: cum aqua vitæ fiat cataplaſma.

VIRES.

Mirificè roborat, & ſiſtit, & ob id convenit in diarrhæis.

EMP. AD CALLOS PEDVM

℞. Gummi ammoniaci in aceto ſcyllitico ſoluti, & inſpiſſati ℥ß. reſinæ pini ʒij. vitrioli optimi ʒi. mercurij pręcipitati, & optimè edulçorati ℈iv. fiat emp.

VIRES.

Convenit etiam vkeribus durioribus, vt & bubonibus.

***

CERATVM AD CALLOS MVSITANI.

℞. Gummi ammoniaci, & galbani cum ſp. vini ſolutor. & inſpiſſator. ana ℥j, Euphorbij ʒj. aluminis vſti ʒiß. viridis æris ʒiiß. mercurij dulcis vnius ſublimationis ʒij. olei euphorbij, & ceræ citrinæ ana q. ſ. fiat ceratum.

VIRES.

Mirabile eſt in manuum, & pedum callis, & clavis percurandis; abſque enim tumore, inflamammatione, & dolore illos conterit, & quod remanet, ſenſim ſe cernitur.

EMP. PRO MARCORE EX GALENO.

℞. Portulacæ, lactucæ, ſucci agreſtæ, cydoniorum, & granatorum acidorum ana p. æq. piſtentur portulaca, & lactuca, miſceanturque benè cum ſuccis, & cum farina hordei fiat ad formam cataplaſmatis, addendo parum pulveris ſantalorum rubror.

EMP. SEV CATAPLASMA PECTORALE Vigonis.

℞. Chamæmeli, meliloti, anethi & abſinthij ana M. j. furfuris exiccati, & ſubtiliſsimè triti ℥iiß. farinæ fabarum, hordei, & lentium ana ℔ß. roſar. ℥ß. omnibus triturati s, cum ſapa ſufficienti, & parum vini, odoriferi, arte, & igne fiat emp. ſolidum: addendo olei roſati ℥iv. olei chamæmeli, & anethi ana ℥ij. cerę albæ ℥ijß. & iterum olea cum cera liquefacta ad ignem bulliant vnica ebulitione: addendo croci pulverati ʒij. vſuique ſerva.

***

VIRES.

VIrtutem habet vnumquemque dolorem ſedandi cum reſo-lutione, & loci confortatione: ſanguinem, & materiam ad exteriorem partem purgationi habilitando, ob id diffi-cultati anhelitus, & tuſſi ſuvenit.

EMP. SEV CATAPLASMA CAPITALE Vigonis.

℞. Furſuris exiccati, & vltima trituratione triturati ℔ß. farinę fabar. ℥viii. roſarum, granor. mytillor. & ſolior. eiuſdem chamæmeli, & meliloti ana ℥j. ſtœchalis, & ſchœnanthi ana ʒiij. coriandri, & aniſi ana ʒvi. betonicæ, matris ſylvæ, & anethi ana ℥ß. abſyn-thij ℥ij. omnia ſubtilitèr triturata cum furſure, ſapa, & parum vini odoriſeri bulliant, vſque ad ſpiſsitudi-nem ſolidam, addendo in fine coctura olei chamæ-meli, anethi, roſati, & myrti ana ℥iiß. ceræ albæ ℥ij. croci ʒiß. & iterum bulliant vnica ebullitione, agitando, deinde dum tepidum fuerit, adde calami aromatici pulverati ʒx. fiat emp.

VIRES.

SAnguinem coagulatum diſſoluit, tumores diſcutit, con-tuſionibus applicatur, caput roborando, nec non iſchia-ticæ medetur.

Convenit ſervari pulveres abſque permiſtione liquido-rum, & configi, dum adminiſtrentur hęc duo em-paſtra.

EMP. SEV CATAPLASMA CRVSTÆ PANIS Montagnanæ.

℞. Pulv. menthæ, ſpod ij, corallij rubri, ſantali albi, & rubri ana ʒi. corticis panis toſti ℥ij. olei maſtiches, & cydo-

niorum ana ℥j. farinæ hordei q. ſ. corticis pannis toſti infundantur in aceto, vt madeant, piſtentur, eiſque addantur in ſubtiliſsimum pulgerem pulveranda, hinc olea; deinde cum farinæ hordei q. ſ. fiat inſtar cata-plamatis.

VIRES.

Valet ad ſtomachi corroborationem, eiſque debilitatem.

EMP. SEV CATAPLASMA MICÆ panis ex Aecio.

℞. Micæ panis albiſsimi ℥iij. carnis dactylorum pingu-ium, meliloti, maſtiches, ſtyracis, & flor. chame-meli ana ℥j. comarum abſinthij, & aloes ana ℥ß. axungiæ anſeris recentis ℥ij. ceræ ℥v. olei omphaci-ni ℔ß. Dactyli, melilotus, chamæmelum, & abſyn-thium inſundantur per noctem in ſapa vini; poſtea coquantur lento igne vna ebullitione, colaturæ adde micam panis, iterum aliquantulum coque deinde piſta, & adde ſtyracem in oleo ſolutum, iterum piſta, vt in vna veniant, tunc adde axungiam, oleum, & ce-ram ſimul liquata; vltimò reliqua pulverata, fiat ca-taplaſma.

VIRES.

AD ſtomachi inflammationes, durities, & debilitatem valdè prodeſt.

EMP. SEV CATAPLASMA FARINARVM ex Guidone.

℞. Farinæ hordei, ſabarum, & lentium ana ℔ß. fur-furis benè triturati ℥iß. cum ſapa ſufficienti ad ig-nem fiat emplaſtrum ſolidum.

VIRES.

Conuenit in principio punctura ſecuta putrefactione in quodcumque neruorum vulnere.

EMP. SEV CATAPLASMA OXYMELITE, vel ſarinarum ex Galeno.

℞. Oxymellis, farinæ, erui, vel lolij p. æq. & in eorum defectu ponatur farina fabarum, f[illegible]to igne inſtar pultis. *Valet ad gangrænam.*

EMP. AT.RACTIVVM EX VIDOS.

℞. Sagapeni, gummi ammoniaci, galbani, & gummi elemi ana ℔ß. Reſinæ, & ceræ citrinæ ana ℥viij. cauter j potentialis arſenicalis pulverati ℥iv. pulveris radicis cannæ ℥ij. fiat emp. S. A.

VIRES.

Breuiter ſuperat bubones, eſcrophulas, ſchirrhos, &c. Oſſa ſi acta ex vlceribus exigit.

EMP. SEV CATAPLASMA DE NIDO Hirundinum ex Guidone.

℞. Nidi Hirundinum N. j. fac bullire diu in aqua, cola per cribrum, & in colatura coquantur ad mollitiem radic. lilior. alborum, althææ, & bryoniç, folior. maluarum, violar. & parietariæ ana ℥ß. piſtentur optime, & incorporentur cum eis, fermenti acerrimi, & farinæ ſeminis lini ana ℥iß. olei veteris, & axungiæ porcinę ſine ſale ana ℥ij. fiat cataplaſma S. A.

VIRES.

Miraculosè prodeſt in angina.

CATAPLASMA PRIMVM EX VIDOS.

℞. Radicis althææ ℔iij. ſcindantur in taleolas minutiſſimas, & coquantur in aqua fabrorum iuxta mollitiem, tunc adde folior. maluarum ℥vj. coquantur ad mollitiem, hinc piſtentur optimè, & detineantur per horam ſemiſem, tunc accipe prædictæ pulpæ ℔ß. cui adde vitelli ovi N. j. butyri non ſaliti ℥j. miſceantur optimè, vt fiat cataplaſma, quod aplicetur tepidum.

VIRES.

Maturat, digerit, ac ſuperat; vtitur etiam in vlceribus.

CATAPLASMA SECVNDVM EIVSDEM PRO Carbunculis.

℞. Radicis althææ paratæ, vt ſupra ℔iß. folior. maluarum ℔ß. folior. acetoſæ ℥ij. coquantur, vt ſuperius in iure arietino ex carne lumbi parato, piſtentur, & detineantur per ſeſquihoram; cuius pulpæ ℞. ℔ß. cui permiſce viteli oviN. j. axungiæ non ſalitæ ℥j. fiat cataplaſma, vt ſupra dictum.

CERATVM AD CORPVS BALSAMANDVM.

℞. Olei roſati, myrtillor. & maſtiches ana ℔ij. acet acerrimi ℔j. picis navalis, & colophoniæ ana ℔iv terebinthinæ ℔j. ceræ ℔iij. fiat ceratum S. A. pro cadavere tegendo.

DECOCTVM AD CORPVS BALSAMANDVM abluendum.

℞. Abſynthij, roſarum, & ſalis ana ℔ij. vini albi ℔xxv. fiat decoctum S. A.

PVLVIS PRO CADAVERE BALSAMANDO,

℞. Myrrhæ, aloes, & maſtiches ana ℔ß. boli armenæ p. ℔ij. thuris ℔j. xylcbalſami, ſpicę, & calami aromatici ana ℥iv. mumię, caryophyllor. & cinnamomi ana ℥iii. ligni aloes ℥v. Croci, & ſtyracis ana ℥iß. trium ſantalorum ℥ij. baccarum lauri, & ſalis vſti ana ℔iß. corallij rubri pp. ℥ij. Diamargaritonis frigidi ℥ß. triturentur groſsiter.

Hæc tria ſupradicta pro cadavere Mariæ Luiſæ Gabrielis de Borbon Reginæ Noſtræ parata fuere.

Laus Deo, Deiparæque.

IN-

INDEX
RERVM NOTABILIVM.

Y GRÆCVM INVENIES INTER I Latinum.

A

Abſynthium, fol. 99
Abſorbentia, fol. 64.
Acaciæ, vice quid, fol. 165.
Acer quid? fol. 22.
Acerbus quid? fol. 23.
Acetum quid? fol. 46.
Quotuplex? fol. 47.
Alkaliſatum, ſeu radicatum, fol. 401.
Compoſitum quid? fol. 47.
quotuplex? idem
Diſtillatum, vide Spiritus Aceti.
quomodo paratur? idem
vbi aſſervatur, & quandiu aſſervari poteſt? idem.
Infuſum quomodo paratur? idem.
Vbi aſſervatur, & quandiu aſſervari poteſt? idem.
Radicatum, fol. 58.
Roſatum Meſues, fol. 315.
Rutaceum Auguſtanæ, fol. 314.
Scylliticum Meſues, f. 315.
Sennæ ſolutivum. idem.
Simplex quid? fol. 47.
Theriacale Antonij de Sgobbis, fol. 314.
Theriacale Auguſtanæ, fol. 313.
Acidum Tartari, vide Cryſtallus Tartari.
Acidus quid? fol. 22.
Acini, fol. 26.
Acori vice quid, fol. 166.
Acouſtica, ſive Acuſtica, fo. 65.
Acuare, ſeu Acuere, fol. 33.
Adeps, fol. 26.
Adianthum, fol. 99.
Adſtringens, fol. 66.
Adurens, fol. 65.
Æs quid, fol. 18.
Eius calcinatio, fol. 538.
Æthiops Mineralis, vide Mercurius Diaphoreticus.
Agollocum, ſeu Lignum Aloes, fol. 109.
Agaricum, fol. 85.
Trochiſcatum, fol. 270.
Alabaſtri, fol. 26.
Alcohol, fol. 58.

Ale-